Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& erubescent omnes qui pugnant aduersum te. erunt
quasi non sint. Et peribunt uiri qui contendunt tecum. tu
quaeres eos. & non inuenies uiros rebelles tui erunt quasi
non sint. & uelum consumptio hominem bellantem ad te.
quia ego dominus deus tuus apprehendi manum tuam. dicens
tibi. Ne timeas. ego adiuui te. Noli timere uermis
iacob. qui mortui estis existis. Ego auxiliatus sum
tui dicit dominus. & redemptor tuus sancti israel. Ecce posui
te quasi plastrum triturans nouum. habens rostra ser
rantia. triturabis montes & comminues. & colles quasi
puluerem ponens. uentilabis eos. & uentus tollet. &
turbo disperget eos. & tu exultabis in domino. in sancto
israel letaberis. Lxx. Tu autem israel puer meus iacob
quem elegi. semen abraham quem dilexi. quem assumpsi
ab extremis terre. & a summitatibus uocauit te. & dixit.
puer meus es elegi te. & non deseruiui te. Noli time
re. tecum enim sum ne erres. Ego sum deus tuus qui con
fortauit te. & auxiliatus sum tui. & roborauit te
dextera iusta mea. Ecce confundentur & erubes
cent omnes aduersarii tui. erunt enim quasi non sint.
Et peribunt omnis inimici tui. quaeres eos & non in
uenies. homines qui iniquitantur in te. Erunt enim
quasi non sint. & non erit pugnantes aduersum te quia
ego dominus dominus tuus. qui teneo dexteram tuam. qui dico
tibi ne timeas iacob. paruuli israel. Ego auxiliatus
sum tui dicit deus. qui redimo te israel. Ecce feci te
quasi rotas plaustri triturantes nouas inserra
rum modum. & triturabis montes & comminues col
les. & ut puluerem ponens uentilabis. Et uentus